



V, 82.

2.417a



CVRIAM
REGNITIANAM
NON. NVLLO. IVRE
HERMVNDVRORVM
COGNOMINANDAM
DISSERIT. XV

VT
PRO. PERENNI. INCOLVMITATE
SERENISSIMORVM. ATQVE. CLEMENTISSIMORVM
FRIDERICI. FRIDERICAE. Q
AVGG
PATRIAE. ADFLICTAE. INDVLGENTISSIMORVM
EORVM

NOMINE. AVSPICATISSIMO
PROVOCATOS
AD. VOTA. SOLVENDA. ET. IN. FVTVRVM. NVNCVPANDA
A. D. VIII. IDVS. MARTIAS. A. R. S. CXCICCLVIII
IN. ALBERTINOFRIDERICIANO
EIVS

DEBITA. RELIGIONE. ET. PIETATE. INTERPRETES

LAETISSIMO. CONSENSV. AVDIANT

CVRIAE. PROCERES. CIVES. Q

QVA. PAR. EST. OBSERVANTIA. IT. ROGATVM

ISTIVS. RECTOR

PAVLLVS. DANIEL. LONGOLIVS

A. M. FAC. PHIL. LIPS. ADSESS. ET. SOC. IENENS. LATIN. SOC. HONORARIVS

CVRIAE. REGNITIANAE
LITERIS. IOANNIS. ANDREAE. HETSHELII
GYMN. TYP

Caput III.

QVAE HERMVNDVRORVM TERRA?

Quem Germaniae tractum HERMVNDVRI tenuerint, definire, qui adgreditur, non sum ego primus. Emensurus autem eum essem expeditius, ni idem consilium ante me pluribus. Hi tamen modo ad dextram modo ad sinistram deflectentes iter idem initurum fecerunt cautiorem. Describendi erunt igitur ante omnia FINES eorum, ut eorumdem TERRA tum per se pateat.

Sectio I.

QVI HERMVNDVRORVM TERRAE FINES?

Germaniam priscam suo aevo picturus Tacitus suum de ea opus ita exorditur: *Germania omnis a Gallis Raetiisque et Pannonis Rheno et Danubio fluminibus, a Sarmatis Dacisque mutuo metu aut montibus separatur.* Quot ergo populorum FINES? Aut NATVRALES aut CIVILES. Exquirenti igitur HERMVNDVRO-RVM TERRAM utrique erunt ponendi.

Intersectio I.

QVI HERMVNDVRORVM TERRAE FINES NATVRALES?

Gentes dirimunt MONTES, SALTVS, FLVVII maiores, quibus eas a se in vicem ipsa arcet natura. 1.) Hos HERMVNDVRORVM REGIONIS LIMITES 2.) monstrabo.

Pars I.

QVINAM MONTES HERMVNDVRORVM TERRAE FINES NATVRALES?

Index dictorum.

§. I. Num *montes*?

§. III. Num FICHTELBERG?

§. II. Num *quiuis*?

§. V. Num HARZ.

§. III. Num SVDETI?

§. I.

Ne pergas, quo trahit voluptas, intercedunt montium impendentium altitudines. Hoc munimento et vallo multis manibus exstructo

1.) Quod iam olim agnovit Imperator Seuerus referente Herodiano 1500. P. II. Cap. I. §. LVIII. p. 151. Lib. II. Cap. XI. Agnovit in recentioribus Ill. Gonnus de Formula Ducatus Thuringici Cap. II. §. II. extr. p. 12. Tantos sequebar ego in Analectorum Brandenburgicorum 2.) Ad quos in describendis Germaniae gentibus attendendum esse, iam monuit Spenerus Notit. Germ. Antiq. Lib. III, Cap. I. §. II, extr. p. 145.

fructo durabiliore aequae ac fortiori tutiorique 1.) discreuit 2.) populos prouidentia diuina. Erat autem Germania iam pristina 3.) multis montibus aspera.

§. II.

Neque tamen quilibet cliuius tumulusue arcet nationem ab natione, sed rupes editior montiumque iugum asperius. Iam cum mihi animus haud quaquam est, HERMVNDVRORVM condere oreographiam, qua esset habenda ratio collis, tumuli et cliui cuiusuis pariter ac saxi et montis aerei, quorum omnium genere interfcinditur, qua patet, terra HERMVNDVRORVM; facesferur potissimum iam negotium praeruptioribus, praecipitiis et inaccesfis nec molliter ac clementer editis.

§. III.

Si Albis in HERMVNDVRIS oritur; 1.) eos profecuta fuerint 2.) τὰ ΣΟΡΔΙΤΑ 3.) vel potius ΣΟΡΔΗΤΑ 4.) ὄρη. Quanam haec, diuertunt docti. 5.) Si pro iis accipis, 6.) quae Albim 7.) eructant;

X 2

1.) Pro quo habuerunt quoque Derhanus in Physicotheologia Lib. III. Cap. III. nota 1. Lesferus in Lithotheologia Lib. II. Sect. II. Cap. I. §. 39. p. 90. seqq. nixus oraculo Polybiano Ἴσος. Lib. III. Cap. LIII. p. 287. et meus Impiger Wolfius in Orotheologia sua p. 55. seq.

2.) Quod vidit etiam Lehmannus Theatr. Hist. Misa. Super. Mont. Ing. Sect. I. Cap. II. pr. p. 5. quo iam intendit digitum Seneca Praefatione in Lib. I. Quaestionum Naturalium.

3.) Teste Pomponio Mela de Situ Orb. Lib. III. Cap. III.

§. III. 1.) Quae quidem fuit opinio Taciti de Morib. German. Cap. XXXI. n. 3. quam incudi reddam infra Sect. II. Int. I. P. I. §. III.

2.) Ptolemaei Γεωγραφ. Ἰφρηγῆσ. Lib. II. Cap. XI.

3.) Vt legit Cluuerius German. Antiq. Lib. III. Cap. XXXVIII.

4.) Quod agnoscut cum Willichio ad Taciti Germ. Cap. XXXIII. n. 1. in Schardianorum Tom. I. p. 163. Cellario Notit. German. Antiq. Lib. II. Cap. V. §. XXVIII. Spenero Notit. German. Antiq. Lib. II. Cap. III. §. V. nota (h) p. 90. et V. Pl. Reu. Oettero Collect. Hist. Vol. I. P. II. p. 118. nota a) pars potior.

5.) Quorum placita in vnum coegerunt Cluuerius German. Antiq. Lib. III. Cap. XXXVIII. Cellarius Notit. Orb. Antiq. Lib. II. Cap. V. §. XXVIII. et Iunkerus Geogr. Med. Aeu. German. P. II. Cap. II. p. 149.

6.) Vt acceperunt quidam, quod

eructant; inueneris in isto iugo montium, quod vulgus adpellat *Riesengebirge*, famosissimo. 8.) Eo vsque autem colonias HERMVNDVRORVM extendentes 9.) fuerunt. Alii 10.) ea inuenisse sibi persuaserunt in eis, qui ad instar dimidii circini ab Carpaticis alpibus ad Palatinatum superiorem vsque Bohemiae *orientale* latus *meridiem* versus tegunt. 11.) Ptolemaeus, modo si ab eo, sane Aegyptius 12.) atque adeo oris Teutonici ignarus 13.) corruerit 14.) Teuto-

- indicant Cluuerius German. Antiq. Lib. III. Cap. XXXVIII. de Waldensels Sel. Antiq. Lib. XXII. Cap. XXIII. p. 442. Zellerus Memorabil. Hirschberg. P. II. p. 6. seq. et Oetterus modo laudatus.
- 7.) De quo fluuio infra P. III. §. III. sectionis huius et Sect. II. Int. I. P. I.
- 8.) De quo, quem iuuat plura nosse, euoluat Merianum Topogr. Bohem. Siles. p. 16. et 141. Lucae Memorabil. Siles. P. VII. p. 2136. seq. et Zelleri Memorabilium Hirschbergensium Partem alteram totam.
- 9.) Quos recognoui infra Sect. II. Interf. I. P. I. §. III.
- 10.) Nempe Munsterus Cosmograph. editionis Basileensis anni MDLXXXVIII. Lib. III. Cap. CCCXXVII. p. MIII. et anni MDCCXIII. Lib. V. C. CCCLXXVIII. p. 1175. Mathesius Sarept. Or. II. p. 14. Agricola excitatus Albino Chron. Terr. Misn. Tit. I. p. 9. Spangenbergius Chron. Mansfeld. Lib. I. Cap. XIII. fol. 13. Althamerus ad Tacit. German. Cap. V. n. 1. Willichius ad eundem Cap. XXVIII. n. 4. Melanchthon in Vocabilis Re-
- gion, et Gent. quae recensentur in Taciti Germania in Schardianorum Tom. I. p. 196. seq. Cluuerius German. Antiq. Lib. III. Cap. XXXVIII. Schmidius Chron. Cygn. P. I. Sect. I. p. 3. Mollerus Theatr. Freiberg Chron. Sect. I. Cap. I. p. 3. Lucae Memorabil. Siles. P. VII. Cap. I. p. 2136. Schwenkfeldius Silesiograph. apud Zellerum Memorabil. Hirschberg. P. II. p. 8. et 9. Spenerus Notit. German. Antiq. Lib. II. Cap. III. §. VI. p. 90. Vetterus ad Taciti Germaniam Cap. XXVIII. n. 3.
- 11.) Vt definiuerunt Cluuerius et Lucae modo nominati, item Merianus Topogr. Bohem. Siles. p. 120. Lehmannus Theatr. Hist. Misn. Mont. Super. Sect. I. Cap. II. p. 9. Cellarius Notit. Orb. Antiq. Lib. II. Cap. V. §. XXVIII. Iunkerus Geogr. German. Med. Aeu. P. II. Cap. II. Sect. III. p. 149. seq.
- 12.) Quem monstrauit in primis Fabricius Biblioth. Graec. Lib. III. Cap. XIII. §. I. p. 411.
- 13.) Cuius eum infimulauit iustissime Lehmannus, Nec disimulauit Oetterus,

Teutonum *Sudost*, 15.) cuius priori SVD 16.) *meridiem* nostri 17.) posteriori OST *orientem* indicant. Alii, 18.) ne literas, 19.) quas exarauerit iste Claudius, mutent, nomen perunt ex SVD 20.) et OEDEN, quod est 21.) nostris *desertum*, persuasi, isto innui *solitudines meridiem versus*. 22.) Caelum enim frigidius et foli asperitatem ob abrupta montium cacumina et lucos densa arbore praenubilos nigraque formidine caligantes renuissse culturam et incolas. 23.)

§. III.

Eorundem 1.) SVDETÖRVM 2.) sint siue pars 3.) siue tantum
X 3

14.) Sane Graece scribenti T cum Σ facile permutari potuit, vnde natus dialogus festinus ad modum Luciano Δίση Φωνηέντων, quo Σ litem intendit literae T ex Graeviana editione Tom. I p. 44. seqq.

15.) Ex coniectura Iunkerii Geogr. German. Med. Aeu. P. II. Cap. II. Sect. III. p. 149.

16.) Non WEST, vt Lucae Memorabil. Siles. P. VII. Cap. I. p. 2136. et Zellerus Memorabil. Hirschberg. P. II. p. 7. expresserunt, quod ego operis potius tribuerem, sane in ΣΟΥΔΗΤΟΙΣ vel lippo inuistatum.

17.) Quorum partes tuiti sunt post alios Nomenclator quorundam Nominum Propriorum Germanorum Auentini Annalibus Boiorum subiuncta sub *Ost* et *Sud* et Wachterus Glosfar. German. iisdem sub vocibus p. 1173. et 1644. seqq.

18.) Qui sunt Albinus Chron. Terr. Misn. Tit. XIII. p. 184. Spangenbergius Chron. Mansfeld. Cap. XIII. fol. 14 Schmidius Chron. Cygn. P. I. Sect. I. Cap. I. p. 3. Mollerus Theatr. Freiberg. Chron. Sect. I.

Cap. I. p. 3. Melzerus Hist. Schneeberg. Lib. I. Tit. I. p. 3. Zellerus Memorabil. Hirschberg. P. II. p. 8.

19.) Differunt enim D et T non organo et forma linguae sed sola durezza et adpulsu fortiori, vt Aristarchi nostri ex Prolegomen. Sect. II. §. XXVI. in Glosfar. German. verba faciam mea. Loquitur autem frequentiam huius permutationis vel ipse hic noster commentarius Capite II. Sectione II.

20.) De quo nota 17. responderit.

21.) Praecipiente eodem Wachterio v. *Ode* p. 1162.

22.) Quae est interpretatio Albinii, Spangenbergii, Schmidii et Mollerii nota 18. nominatorum.

23.) Quas naenias succinuit aliis Lehmannus Theatr. Hist. Misn. Mont. Super. Sect. I. Cap. V. p. 22. seqq. recinuit Summe Reuerendus Grundigius in Collect. Natural. et Artif. Hist. Saxon. Super. P. XXVI. N. III. p. 119. seqq.

§. III. I.) Praecedente §. ex Ptolemaeo in scenam producti, in

tum 4.) montes 5.) ifsi continui limes Bohemiae, 6.) Palatinatus superioris

quo cum alii per I alii per H scriptos vellent, factum est, vt nunc *Sudetos* nunc *Sudetos* exararent. Tirones autem vtriusque linguae norunt iam, H Graecorum eloqui Latinos per E. In Groitzschii Descriptione Salae edente Schamelio p. 7. irrepsit *T* operarum incuria in hanc vocem, vt *STuditorum* pro *Suditorum* exprimerent.

2.) Nullus Ptolemaei codex adhuc obtulit *Sudetes*, quod tamen obtulerunt Albinus Chron. Terr. Misn. Tit. I. p. 9. et Tit. XLIII. p. 184. Schwenkfeldius in Silesiogr. apud Zellerum Memorabil. Hirschb. P. II. p. 7. et Schmidius Chron. Cygn. P. I. Sect. I. p. 3. qui capiti *secundo* adlegati Claudii fert acceptum, forte quia inuenerat citatum Arabum numero II, quod pro *secundo* habebat, indicans *undecimum* caput, quod tuetur nota 2. Si superioris.

3.) Quod legas in Albini Chron. Misn. Metall. Tit. X. p. 86. et Wilhelii Paradif. Pinifer. Cap. I. §. 3. prouocantis ad Bruschiu de Fichtelberg, in quo tamen *Sudetos* reperi-
re nequium, nisi quod p. I. scribat, *Fichtelbergum vergere ad saltum Bohemicum*.

4.) Quod est cernere in Cluenerii Germ. Antiq. Lib. III. Cap. XXXVIII. de Waldenfels Antiq. Sel. Lib. XII. Cap. XXVI. p. 445. et Cellarii Notit.

Orb. Antiq. Lib. II. Cap. V. §. XXVIII.

5.) Non vnus mons, vnde vulgi *Fichtelberg*, quo cum nollem loqui Althamerum ad Taciti Germ. Cap. V. n. 1. et Cap. XXVIII. n. 3. Munsterum Cosmograph. editionis prioris Lib. III. Cap. CCCLXXI. p. DCCCCXXI. et posterioris Lib. V. Cap. CCCXXVI. p. 1106. Bruschiu de Fichtelberg p. 1. atque 3. Betulium in Encomio Piniferi, quod Bruschio Theobaldino praefixum est, vs. 128. Albinus Chron. Terr. Misn. Tit. I. p. 9. item Chron. Misn. Metall. Tit. X. p. 86. Tromsdorfium Geogr. German. Cap. III. p. 104. alios.

6.) Quales vernacula reddit *Gebirg* ita praecipientibus eius magistris, ex quibus iam sufficit antestari Frischium ad Boedikeri Grammaticam Linguae Germanicae P. I. §. III. p. 35. editionis Wippelianae et Wachterum Glosar. German. ista voce p. 539. Hoc Latinis vno verbo dici *iugum*, vt et recentissime interpretatum fuit in Thesauro Linguae Romanae Gesneriano h. v. Tom. II. p. 1254. cum *Berg* dicatur *vnus mons*, cautius alii scripsit Melisantes Geograph. Prolegom. Cap. III. §. VIII. p. 51. Ad has autem leges fingendum *Fichtelgebirge*, quod sapuerunt Bruschiu p. 1. 2. 3. II. Pachelbelius p. 3. 9. 14. Merianus Topograph. Fran-

rioris et Franconiae, 7.) quam a sic dicta 8.) Vogtlandia, 9.) quae meliori iure terrarum, quas Norimbergae Burggrafii Hohenzollerranae stirpis adquisuerunt, pars, 10.) secludit. Ea autem inserta, qui potuit contingere Thuringiam 11.) Misniamque? 12.) Quis non ita ratiocinetur? 13.) Fraudi fuerit, quod in Misniae prouincia montana 14.) apud Wisenthalium in Bohemiae finibus incidere in iugum cognomine, 15.) nostro longe minus. Hoc faciebant illius cornu, quod adpellatione minoris distinxisse sibi videbantur ab illo, quod maius adpellabant. 16.) Quot autem millia abest Zittauia cla-

de

con. p. 109. Willius Paradif. Pinifer. Cap. I. §. 1. Cap. II. §. 5. 7. 8. Cap. III. §. 2. Planerus Hist. Varisc. P. I. Sect. XII. p. 50. Iunkerus Geogr. German. Med. Aeu. P. II. Cap. II. Sect. III. p. 151. I. H. D. Antiquar. Neccar. Moen Lan. et Mosell. p. 168.

7.) Bruschio p. 2. Pachelbelio p. 3. Albino Chron. Misn. Metall. Tit. X. p. 87. Willio Cap. II. §. 1. et Cap. III. §. 1. Planero p. 50. Iunkero p. 151. Tromsdorfio p. 104. et Geographiae Nouae Europaeae Itinerariae per Germaniam Lib. VI. Cap. II. §. 3. p. 728.

8.) Bruschio, Albino, Willio, Iunkero, Tromsdorfio, Pachelbelio et Geographiae modo nominatis, a quorum partibus stat Lehmannus Theatr. Hist. Misn. Mont. Super. Sect. II. Cap. III. p. 33.

9.) Cuius finibus ex diplomatibus prisca aevi ponendis insudo cum maxime. Praecipias, si tuae operae est, id ex Analectorum meorum Brandenburgicorum P. II. Cap. I. §. XXXI. p. 102. seq. et p. 156. seqq.

10.) Quod utramque facit pagi-

nam eorundem Analectorum.

11.) Vt sibi persuaserunt Bruschius, Pachelbelius, Lehmannus, Tromsdorfius, et, quod miraberis, Vetterus ad Taciti Germaniam Cap. XXVII. n. 3. in Thuringia, *Ehüringer Wald, ubi et der Sichelberg*, scribens.

12.) Vt hoc Iunkerus Geograph. German. Med. Aeu. P. II. Cap. II. Sect. III. p. 151. ac Geographia Noua Europaea Itineraria p. 728.

13.) Secus tamen plane ratiocinatum fuit in eadem Geographia.

14.) Quam inde nomen suum traxisse, quis somniauerit? Et tamen id Iunkerus.

15.) Quem adumbravit multis Lehmannus Theatr. Hist. Misn. Mont. Super. Sect. II. Cap. II. et III. p. 30. seqq. vel tribus autem Pl. Reu. Koernerus Not. Bokau. An. MDCCCL. p. 61. a se in vicem ista probe distinguentes.

16.) Auctor Antiquarii Neccari, Moeni, Lani et Mosellae p. 169. sibi soli sapiens, vt tamen vestigia

clade nupera denuo nobilitata? Quam vsque 17.) qua via quodcumque illorum cornu suum protendat, qui mihi monstrauerit, erit mihi magnus Apollo. Illud nostrum, cum quo mihi hic vnice res est, fuit celebratum 18.) ob fontes quatuor fluminum Germaniae haud

eius legeret ista Geographia Itinera-
ria p. 729.

17.) Quo protendit maius illud
Zellerus Memorabil. Hirschberg. P.
II, p. 29.

18.) Auentino Annal. Boior. Lib.
I. Cap. VI, n. 26, Celti de Sit, et
Morib. German. in Operis Hist.
German. Antiq. illustrantis, quod
Scharidio fertur acceptum, Basileen-
sis editionis anni MDCCXXXIII. Tom.
I, p. 447. Pirkeimero German. Expl.
in eodem volumine p. 209. Mun-
stero German. Descript. in eodem
fasciculo p. 473, et 474. atque in
Cosmograph. editionis antiquioris
Lib. III, Cap. CCCLXXI, p.
DCCCCXXXI, recentioris Lib. V,
Cap. CCCXXVI, p. 1106. Althame-
ro ad Taciti German. Cap. XXVIII.
n. 3. Bruschio Silu. a Pertschio Ori-
gin. Voitland, P. I, Cap. IIII, p. 36.
atque de Waldenfels Sel. Antiq. Lib.
XII, Cap. XXVI, p. 446, laudato, et
carminē de Oppido Thurfenreutano
vs. II, Chronologiae Monasterio-
rum Germaniae subiuncto p. 715.
vt et libro de Fichtelberg p. 11. at-
que Berulio in Encomio Piniferi,
quod est frons Bruschiani commen-
tarii de isto monte a Theobaldo edi-
ti, vs. 2. et 3. Stigelio, Maiori in
Paradiso et Batthio in Anneberga ex-

cerptis ab Albino Chron. Misn. Me-
tall. Tit. X, p. 88. seqq. Leutingero
Topograph. March, §. 101, editio-
nis Kusteranae p. 1182. Loisio Per-
uig. Mercur. Obs. CLXXXVI, Cluue-
rio German. Antiq. Lib. III, Cap.
XXXXVIII, Quando German. Nation.
Magnif. Cap. XII, p. 109. Schleup-
nero in Dedicacione Harmoniae
Euangel. et Epistol. de Waldenfels
Cap. XXVI, p. 445. seq. et Cap.
XXXVI, p. 479. Goldamero et Gas-
faro cum Pertschio Origin. Voitland,
P. I, Cap. III, p. 36. seq. Lehmanno
Theatr. Misn. Mont. Super. Sect. II,
Cap. III, p. 35. Beiero Geograph.
Ienenf. Cap. XXVII, p. 455. seq.
Planero Hist. Varisc. P. I, Sect. XII,
p. 53. Tromsdorfio Geograph.
German. Cap. III, p. 104. Pachel-
belio de Fichtelberg p. 3, 15, 24.
Vettero ad Tacit. German. Cap.
XXVIII, n. 3. Grosio de Flumin.
Fichtelberg, et in Hist. Brandenburg.
Princip. Cap. XII, §. 4, p. 600. seq.
Zellero Memorabil. Hirschberg. P. II,
p. 28. Abelio Geograph. Prusf. et
Brandenburg. P. I, Cap. X, §. 2.
Melisanti Geograph. P. I, Geogr.
Spec. Cap. XXII, §. XVIII, p. 1066.
D. in Antiquario Neccar. Moeu.
Lan. et Mofell. p. 167. atque in
Lexic. Hydrograph. Germ. Flumin.

haud postremorum Moeni, Nabi, Egrae et Salae, 19.) quorum duo priores tantum, 20.) secus ac vulgi est sententia, cui omnes, 21.) ex lacu, qui in vertice fummi horum montium, et accolis *Fichtelsee* nominatur, 22.) defluunt. Ipse autem mons nulli non nostratum nomine *Fichtelberg* quam quod notissimus. Iam cum neque auditur neque scribitur *Fichtel*, fuit, 23.) qui malit inde fingi *FichteNberg*. 24.) Quoties autem non Teutonibus *L* cum *N* commutatum fuit? 25.) Et quid sibi voluerit mapparum quarumdam veterum *FelchteLberg*? 26.) Forte erat *FeVchteLberg* scribendum, 27.) Neque

Y

p. 129. 328. 373. et 499. Geographiae Novae Europaeae Itinerariae de Germania Lib. VI. Cap. II. p. 728.

19.) Cuius locum *Albis* in Melisfante occupavit nescio cuius negligentia, quam arguerit vel sus praecedens huius nostri commentarioli. Munsteri *Pegniti*, quem in supra adlegata Descript. German. istis addidit, utcumque tolerandum.

20.) Quorum tantum originem ibi deprehendit cuncta inuestigans ipse *Grosius*, quod expositum videas in Descriptione istorum Fluminum et Hist. Brandenb. Princip. Cap. XII. §. 4. p. 601. Eius vestigia, ut pene per uniuersum istud iugum, presit *Pachelbelius* in describendo eodem p. 14. 15. 16. Presit etiam *D.* et in Antiquario *Neccar*, *Moen*, *Lan*, *Mosell*, p. 167. et in Lexic. Hydrograph. omnium German. Flumin. v. *Mayn* p. 328. et *Nabe* p. 373.

21.) Merito notatum *Willio Paradis*, *Pinifer*, Cap. VI. §. 1. *Planero Hist. Varisc. P. I. Sect. XII. p. 53.* *Kirchmaiero V. Cel.* cui *Venerando Seni* fere nonagenario nuperrime ele-

gantissimam illam atque locupletissimam supellecilem librariam flamma furenti ereptam dolemus acerbissime, de Bello Proelioque de *Salinis Catts* inter et *Hermunduros* suscepto olim §. X. *Pachelbelio* p. 15. et 24. cum *Grosio* nostro antea laudato.

22.) Quem propius inspexerunt, quin potius solum modo explorarunt *Willius*, ut videre est Cap. VI. *Paradisi Piniferi*, *Grosius* saepius excitatus et *Pachelbelius*, qui l. c. p. 11. seqq. exponit, quae animaduertit.

23.) In Geographia Noua Europaea Itineraria per Germaniam Lib. VI. Cap. II. §. 3. p. 728.

24.) Quem ad modum quidem in Antiquario *Neccar*, *Moen*, *Lan*, et *Mosell*, p. 168. typis descriptum fuit, auctore tamen, si quid ego sapio, inuito.

25.) Quae est obseruatio *Wachteri* in Prolegomen. *Glosar. German. Sect. III. sub L.*

26.) Ex indicio *Willii Paradis*, *Pinifer*, Cap. I. §. 2.

27.) Ut autumat idem,

que tamen adhuc sanum, nisi FeVchteNberg exares, 28.) Ita natales eius nominis a *Feucht* petendi, quasi vero propter *humidum*, 29.) quia praecipuus et altissimus horum montium, quae ad caput tauri escenditur, adeo viginosus, 30.) vt singulo quoque gradu vltro citroque fere centies riuuulus Moeni albi sit transcendendus ad modum incommode. Sed hoc non tanti, 31.) vt ab vsu tot seculorum discedas, quem tuetur potior pars arborum, quae hocce solum amant, 32.) *Fichten* 33.) dictarum, quae quoniam scilicet Latinorum *Pinus*, 34.) hinc 35.) Latine scriptitantibus dictus mons *Pinifer* 36.) immo

28.) Quod teste Bruschio de Fichtelberg. p. 11. et Pertschio Origin. Voitland. P. I. Cap. III. p. 34. quibusdam arrisit.

29.) Quod significat illud vel Wachtero Glosar. German. h. v. p. 440. interprete.

30.) Quod expertus est aequae Willius.

31.) Recte censentibus Bruschio de Fichtelberg. p. 11. Pachelbelio de eodem p. 1. et Pertschio Origin. Voitland. P. I. Cap. III. p. 34.

32.) In quo probando totus fuit Willius Cap. II. Piniferi Paradisi sui, post quem idem egit Planerus Hist. Varisc. P. I. Sect. XIII. p. 56.

33.) Quod fatentur Althamerus ad Tacit. German. Cap. V. n. 1. et Cap. XXVIII. n. 3. Bruschius p. 1. et 11. Pachelbelius p. 1. Merianus Topograph. Francon. p. 109. Pertschius Origin. Voitland. P. I. Cap. III. p. 34. Lehmannus Theatr. Misn. Mont. Super. Sect. II. Cap. II. p. 31. Willius Paradis. Pinifer. Cap. II. §. 1. Planerus Hist. Varisc. P. I. Sect. XII. p. 49. Tromsdorffius Geograph.

German. Cap. III. p. 104. Geographia Noua Europaea Itineraria per Germaniam. Lib. VI. Cap. II. §. 3. p. 728.

34.) Quod produnt Pertschius p. 34. et Planerus Sect. XII. p. 49. atque Sect. XIII. p. 56. ac longe ante Stigelius et Maior apud Albinum Chron. Misn. Metall. Tit. X. p. 89.

35.) Vt exserunt Auentinus Annal. Boior. Lib. I. Cap. VI. n. 26. Peutingerus Sermon. Coniual. paullo post nota 36. adlegandis et Loistus Peruigil. Mercur. N. CLXXVI. si vel ab ipsis per *V* scriptum sit. Hoc enim pro *F* erat gratius maioribus.

36.) Nempe Celti et Bartho in Albinum Chron. Misn. Metall. Tit. X. p. 88. et 89. eidemque Celti alio carmine in Peutingeri Sermonibus Coniualibus in Schardianis supra nota 18. indicatis Tom. I. p. 418. Bruschio et Goldamero in Pertschii Origin. Voitland. Cap. III. p. 36. seq. de Waldensels Sel. Antiq. Lib. XII. Cap. XXVI. p. 446. Willii Paradis. Pinifer. Cap. V. §. 20. et Pachelbelii de Fichtelberg. p. 16. Leutingero To-

immo inuito Latio *Piniferus*. 37.) Quo iure, non capit haec pagina.

§. V.

Ne vnicum autem veterum tam amplissimi altissimique montium iugi vel verbum emisisse, 1.) mirari desieris, quam primum intellexeris, priscos 2.) adeo extendisse HERCYNII saltus celebratissimi 3.) montes aequè HERCYNIOS dictos, 4.) vnde adhuc *der Harz* superstes, 5.) vt eorum pars noster *Fichtelberg*. 6.)

Y 2

Sed

- pograph. March. §. 101. Ed. Kuster. p. 1182. Schleupnero in Dedicat. Harmoniae Euangeliorum et Epistolarum, Betulio in Encomio Piniferi vs. 2. 40. 47. in capite Bruschii de Fichtelberg. Grotzschio Descript. Salae p. 7. Lehmanno Theatr. Hist. Misn. Mont. Super. Sect. II. Cap. II. p. 31. Lauro de Burggr. Noric. Principat. Super. Planero Hist. Varisc. P. I. Sect. XII. seqq. Spenero Notit. German. Antiq. Lib. II. Cap. III. §. V. nota (h) p. 90. et Lib. V. Cap. VI. §. III. nota (x) p. 124. Vettero ad Tacit. German. Cap. XXVIII. n. 3. D. Antiquar. Neccar. Moen. Lan. Mosell. p. 168.
- 37.) Iunkerō Geograph German. Med. Aeu. P. II. Cap. II. Sect. III. p. 151.
- §. V. 1.) Vt iam Bruschius de Fichtelberg. p. 2. Pachelbelius de eodem p. 10. Pertschius Origin. Voitland. P. I. Cap. III. p. 34. et de Waldenfels Sel. Antiq. Lib. XII. Cap. XXVI. p. 445. notarunt.
- 2.) Quos in vnum coegerunt Clu-
- uērius German. Antiq. Lib. III. Cap. XXXVIII. Cellarius Notit. Orb. Antiq. Lib. II. Cap. V. §. XXXI. et Spenerus Notit. German. Antiq. Lib. II. Cap. III. §. 1. et II.
- 3.) Atque a me ipso Parte insequenti §. VI. celebrandi.
- 4.) Apud Aristotelem *Μετεωρολογ.* Lib. I. Cap. XIII. Plinium Hist. Nat. Lib. III. Cap. XIII. et Diodorum Siculum *Βιβλιοθ.* Lib. V. p. 300. Ed. Wechelianaē.
- 5.) Quod obseruauerunt Cluuerius Lib. III. Cap. XXXVII. et XXXVIII. Vetterus ad Tacit. Germ. Cap. XXVIII. n. 3. Melisantes Geograph. P. II. Geograph. Spec. Cap. XXI. §. II. N. 24. p. 1005. cuius verba transtulit de Rohr in Prolegomena ad sua Harzica Memorabilia §. 7.
- 6.) Quae fuit quoque sententia Celtis nota 18. et 36. ad superiorem §. Iau-dati, cui album calculum adiecerunt Bruschius p. 3. Pachelbelius p. 52. Planerus Hist. Varisc. P. I. Sect. XII. p. 49.

Sed domum! Illuxit enim dies nomini PRINCIPVM populi
sui amoris ac deliciarum facer.

- - Multos celebrande per annos

Candidior semper candidiorque redi.

En huius voti interpretes!

CHRISTIANVS HENRICVS SEELIGIVS, quem V. Praenobilissimus Ioannes Christianus Medicinae Licentiatuſ Experimentiſſimus Eibenſtocae, in quo oppidulo illius Miſniae prouinciae, quae ex longo tractu montium metallorum generoſiſſimorum feracium ſuum traxit nomen, euſdemque praefecturae Schwarzenbergicae, ſuaeque coniuſ natali ſolo tum exercebat artem ſalutarem felici ſucceſſu, tulit ſecundo in filiis loco, primum enim optimis quibusque artibus haud leuiter tinctum reddidimus iam ante tres et, quod excurrit, annos Patris Eruditiſſimi veſtigia praefurum ſtrenuiſſime, cuius teſtis nuper Lipſia, in poſterum Erlanga. Ille quinquennio Pythagorico longius in diſciplina noſtra tenuit ſilentium modeſtiſſime, quod eſt liberalis indolis, dum verba faceret commoda, et idonea quaereret, quaeque audiret adtentus, ſcriberet rotundius, et, quae ipſe opinaretur, expromeret haud pingui Minerua. Ita dignus, qui duobus abhinc annis annua Curiani recenſione eſcenderet de ſecundo euſ ordine in primum. Hic aliquot menſibus poſt canebat *laudes Dei T. O. M. mittentis nobis olim Martinum*. Iam, qui exemplaria Graeca diurna nocturnaſ manu verſauit, euſ faciet experimentum certiſſimum carmine Homerico ſollennia praefentia edicens et Iſocratea oratione exponens Trygaei Ariſtophanei *Ειρήνη*. vs. 1108.

Ω πάντι Ειρήνην παράμεινον τὸν βίον ἡμῶν.

Non eſt ſane, quod poeniteat Perilluſtrem Hendrichium euſ Mae-
cenatem Summum beneficii in illuſtri Caſimiriano adoleſcenti deſti-
nati, quod Deus bene verat.

IOANNES DAVID SCHMIDIVS, quem ante octo fere annos
nec humilis caſa Nicolai coloni Grobauienſis in praefectura Plauienſi
vicinae Vogtlandiae Saxonicae, neque indigentia omnium plane
ſubſidiuorum, quae ſibi adſerunt Muſae elegantiores, retinere potuit.
Docuit autem ea eum *bonas artes*, quod erit materia ampliſſima ſum-
mo Numini et Curienſibus in ſe beneficiſſimis laudes atque gra-
tes agendi vernacula partim proſa partim verſa ſummas. *Docuit*
enim, ſi non, quae Plauto, molas truſatiles in piſtrino circumage-
te,

re, saltem ad victum et amictum necessaria parare sua manu docili. Docuit magistro vulgari fidelior construere varia, inter quae eminent horologia et organa musices minora, in quibus ne artifices quidem rigorosissimi inuenerunt, quod desiderarent, quin in quorundam operibus naeuos aperiret, quos corrigeret prosperrimo successu. Quoniam vero interdum linguarum atque artium liberalium magistris opera erat danda, vix redundabat panis furfureus, ad quem adhiberet aquam meram. Felix igitur, quem liberorum suorum institutionem videntes ei ex voto succedere, adhererent subinde mensae suae, alii vero gratum gratuito. Hoc pacto quadriennium commorari potuit auditorio superiori, in quo publice narrauit *maiorum nostrorum ad christianam religionem conuersionem* anno cxciocliiii. Martini memoriam, et anno post *pacis de religione antebina secula patriae multo sanguine partae reculturus eiusdem omne negotium*, alterum ligato, alterum soluto sermone. Ad Lutheri cathedram longe celeberrimam assidendi copiam facturum esse V. Magnificum atque Summe Reuerendum Hofmannum Inclitae Leucoreae SS. Theologiae Professore Eruditissimum et ordinis sui per circulum Saxoniae Nouemviri Praefulem Grauisimum, spem ei feci certissimam, quae numquam fefellit.

PETRVS DANIEL TROEGER, qui Summe Venerabili Viro Ioanni Adamo, rei sacrae Reduicensium vicinorum Inspectori Spectatissimo, quam in fratre natu maiore duodecim fere abhinc annis fecerat, iacturam refarciit largissime diuino ingenio ingenuas ad artes facta. Tale vbi iucundius moraretur, quam in patria? Ea autem est Curia nostra, quae ei obtigit, cum hic Pater Suauissimus Diaconi munus obiret vigilantissime? Vbi potissimum disceret, quam in subfelliis, quibus olim vt patriis paterna se se probauerat industria? Vbi adtentius audiret, quam intra quos parietes per aliquot annos ipse Pater Optimus fuit auditus adtenter, immo et Proauus paternus? Vbi pudicius contineretur, quam sub oculis adfectu alterius parentis vadisque, ex quo tenellus Christianorum mysteriis initiabatur? Is erat V. Pl. Reuerendus Gesnerus in xenodochio ad urbem hanc oraculorum diuinorum Praeco Impigerrimus, quo quis custos rectorque melior in hoc lubrico aetatis daretur, quippe qui per annos multos expertus est singulari dexteritate adolescentulos in athenaeo nostro instituens, quot recessus quantasque latebras habent isti? Huic contubernio, domestica enim disciplina

plina vtramque facit paginam in re scholastica, acceptum ferendum, vt quinquennium bene collocaret, vt ex septem, qui triennio ante vno mislu escenderent altius, non egrederetur stadium scholasticum prius, quam illud esset emensus. Certauit canendo numquam non in iudicum confesfu, quater autem maxime semel et iterum Teutonice, tertium et quartum Latine, nunc heroico, nunc elegiaco genere, *de pace religionis Augustae Vindelico- rum compositae* in Martinalibus anni eiusdem secularis secundi, *de diuina maiestate in terrae motu manifestissima* in memoriam inaugu- rati olim gymnasii anno post, *de ostentis belli cum maxime flagrantis* superiori in CLEMENTISSIMI PATRIS patriae natali, iam *de academia nostrae religionis per Germaniam omnem pene vnica Martis immuni Fridericiana nostra*, qua felicitate is longueque posterii fruan- tur sine vlla intercapedine, quo curatius pro integritate et puritate sacrorum nostrorum excubat eius Sacer Ordo, quem prae reliquis frequentius sectabitur.

CHRISTIANVS ERHARTVS KAPPIVS, cui Lipsiae clarus contigit ortus. Nam Summe Reuerendi Weisii olim Pastoris ad D. Thomae gratisimi filiam natu minimam in matrimonium duxe- rat Pater eius Optimus Ioannes Erhartus. Quis autem orbis erudi- ti ciuis, qui ignoret tantum lumen? Illum de quinque liberis vtri- que Parenti adhuc superstibus filium vnicum literis a. d. X. Calen- das Quinctiles anno *MDCCXXXVIII*, tum languescens praesensione quadam et scientia futurorum commendabat nostrae fidei. Post sex annos atrocissimo morbo correptus exigebat id officii manu adfinis sui Cel. Hebenstreitii, Medici quondam regia munificentia in Africam vsque et ad veterem Carthaginem penetrantis Doctissimi, cui illud reculare, quantum quidem eo inclinabat animus reputantis, quam graue id sit, a nobis impetrare non poteramus, quibus cumei lau- rea summa ab Illustri Philosophorum Philureiae Ordine antehos trigin- ta annos praebita. Eo acrior dolor occumbentibus istis duum- uiris nobis amicissimis illo a. d. VII. Idus Februarias anni *MDCCCLVI*, hoc nuperrime ipsi Nonis Nouembribus, quibus campum effusa per omnem Rosbacensem sanguinis alti vis sibi fecit iter praecipiti ruens Salana in flumina riuo. Vtriusque in nos collocatae fiduciae pignus in ipsis pacis de religione conuentae sacris in manus nostras depositum remittimus adolescentis adfini tutori prouidentissimo immo alteri parenti Nob, Theophilo Benedicto Zemischio Merca- tori

tori Lipsia in Galliam vsque atque trans mare currenti impigre, apud quem posuimus rationes de mense in mensem, quas curae nostrae traditus excutiat ad leges feuerissimas quandocumque, quippe quem filii loco, quo fuimus orbat, dileximus. Sed et is nos ad instar parentis coluit, seque cum patruale suo multas horas fere quotidie abdiderunt museo nostro atque bibliotheca nobis cum de variis conferentes sermonem. Augurabantur igitur eum eo loco dicentem conspicientes, quo Patrem quondam conspexerant, redditurum eundem aliquando. Conspexerunt autem pro rostris scholae in natali SERENISSIMI eiusdem NUTRICII duobus retro annis omne punctum ferentem siue Misniae siue Latii vestem indutum. Illa erat *florens schola argumentum gustus suorum principum sanioris certissimum*, cui pro perennitate coniugii CELSISSIMORVM PRINCIPVM, quorum nominalia iam agimus, vota subiungebat versibus concepta, hac *theatrum Martis theatrum Mineruae* fatum patriae suae ante oculos positum habenti. Iam est, quod sibi ore Germanico succlamet: *Medice cura te ipsum*, quippe cui sua valetudo suasit se recipere ad Podalirios et Machaones almae suae matris naturae notitia Praecellentissimos.

IOANNES KAPPIVS cognominis, qui istius Ioannis Erharti frater natu maior, filius postremus ingenii dotibus, quas per nouennium in disciplina nostra prodidit, atque in adsequenda honestarum artium scientia collocavit pertinacissime, non cesit eiusdem aetatis isti, post quem cooptatus fuit in principia gymnasii. Cum fratrum gratia rara, hi tanto magis laudandi, quod neuter passus fuit vel latum, vt aiunt, vnguem ab altero dielli. Si qua autem iis diuersitas, amant enim alterna Camenae, vel folius habitus in iisdem diebus festis. Monstrauit primum Latino *imperantium praerogatiuam*, deinde patrio *eorundem sapientiae ladium lapidem bellum, vltimum iam rerum diuinarum notitiam, quo furentior Mars, eo gratiorem*, quo ipso se confirmet in proposito, a quo timidiora tempora, in quae Deus nos referuauit, facile auerterent, qua fini tamen praeter cetera sacrarum pandectarum linguas omnium optime didicit. Quin igitur non ruat in amplexus Eusebiae Spectatissimae Lipsiensis et Splendidissimorum Penatium Kappianorum, Weisianorum, Bossecianorum, Zemischianorum? In viam det Amplissimus Mineruii Curiani Patronus stipendium siue Mordesianum siue Hahnianum Lipsiae percipiendum parente atque opibus orbo eidemque vere merenti.

IOAN-

IOANNES GEORGIVS WIFELIVS a patre Ioanne Andrea, qui Koenitii Schwarzburgorudolphopolitani aegre sufficiebat suis alendis, relictus matri, quae etiam fere ante biennium morte fuit abrepta. Confugit inops ad Curianum, quo egit paupertas tot Thuringia extorres, nouem abhinc annis. Hic mulices peritia ei munuit viam ad alumnei praefecturam. Ad altiora iter eidem fuisset praecclusum in perpetuum, nisi meliora sperare iussisset pro summa in Musas Curianas gratia, quoad amplissimae Curianae prouinciae Praesidem agebat Excellentissimum, Illustrissimus Albertus Carolus Fridericus S. R. I. Comes et Dominus de Schoenburg cum Dulcissima Coniuge in eum aliosque nostrum munificentissimi. Paritur ei spes laetior partu masculi Eorumdem heredis Ottonis Caroli Friderici, quem nobis cum laetatur effusissime editum esse in hanc lucem postridie Calendas Februarias *secularibus secundis Inclitae Salanae festiue celebratas*. Paritur alia, quam fecerunt Collatores mensae Amthorianae, pro sua singulari in nos voluntate, quam grati celebramus, Spectatissimi. Tot *omina felicissima*, quod erit argumentum dicendi vale nostrae Salanae ad illam transeunti, pepere-runt ei carmen pro Curiani NVTRITORE CLEMENTISSIMO vel in hac temporum iniuria constantissime liberali, pro CONIVGE EIVSDEM vere REGII animi proque FILIA SERENISSIMA votium, cui si responderit summum Numen, florebut etiam Proceres et Ciues vrbs sibi tam beneficae omnium ordinum, quod adprecabitur animo, quo par est in quemque, deuotissimo. Eundem testatus est quoque bis antea eodem cantu nunc refutato Baeliano somnio, *rem publicam, quae tota veris Christianis composita est, non posse se conseruare*, Martini nomine ante tres annos suadente, nunc in secularibus *de religionis pace secundis pro eadem grares dicturus Deo, quem pro diuturnitate istius implorabat*. Fouent scholae prae ceteris Theologorum Celeberrimorum recentibus, quod bene vertat, iubilis adhuc personantes eundem animum pro acceptis beneficiis obstrictissimum.

Rector vero prius, quam eos legibus scholae soluerit, praefando explebit lacunam, quam supra in fine §. III. chartae angustia fecit, id est, inquiret Latina disertatione, *quo iure iniuriae iste Fichtelberg Latine locutus dicatur Pimifer*,

Yb 4473

1078

ULB Halle

3

006 302 904



20







CVRIAM
 REGNITIANAM
 NON. NVLLO. IVRE
HERMVNDVRORVM
 COGNOMINANDAM
 DISSERIT. XV

VT
 PRO. PERENNI. INCOLVMITATE
 SERENISSIMORVM. ATQVE. CLEMENTISSIMORVM
FRIDERICI. FRIDERICAE. Q
 AVGG
 PATRIAE. ADFLICTAE.. INDVLGENTISSIMORVM
EORVM

NOMINE. AVSPICATISSIMO
 PROVOCATOS
 AD. VOTA. SOLVENDA. ET. IN. FVTVRVM. NVNCVPANDA
 A. D. VIII. IDVS. MARTIAS. A. R. S. CI^oCCCLVIII
 IN. ALBERTINOFRIDERICIANO
 EIVS

DEBITA. RELIGIONE. ET. PIETATE. INTERPRETES
 LAETISSIMO. CONSENSV. AVDIANT
CVRIAE. PROCERES. CIVES. Q
 QVA. PAR. EST. OBSERVANTIA. IT. ROGATVM
 ISTIVS. RECTOR

PAVLLVS. DANIEL. LONGOLIVS
 A. M. FAC. PHIL. LIPS. ADSESS. ET. SOC. IENENS. LATIN. SOC. HONORARIVS

CVRIAE. REGNITIANAE
 LITERIS. IOANNIS. ANDREAE. HETSHELII
 GYMN. TYP

u

